Fragmentarium

testantur sub nomine apostolorum perfidiae conati sunt inducere
sectas. Denique nonnulli thomae alii bartholomei quidam mathiae

Aliqui etiam XII apostolorum titulo reperiuntur falsa scripta
praenotasse sed et basilides et appelles. Quorum unus trecentos
sexaginta quinque caelos. Alter duos inuicem contrarios deos
inter alia nefanda dogmatizabant euangelia suis nominibus
scripta reliquisse. Interque notandum quod dicitur euangelium
iuxta hebreos non inter apocryphas sed inter ecclesiasticas nu
merandum historias. Nam et ipsi sacrae scripturae interpreti hieronj
mo pleraque ex eo testimonia usurpare et ipsum in latinum
graecumque uisum est transferre sermonem. Sed auctor euangelii
lucas primam mox praefatione refellit. Quoniam quidem inquit multi
conati sunt ordinare narrationem. Multos uidelicet non tam
numero sicut quam heresaeos. Multifarie diuersitate com
mendans. Qui non spiritus sancti munere donati sed uacuo labore cona
ti magis ordinare narrationem quam historiae texuerunt
ueritatem. Ideo quae alius compendium opus in quo frustra suda
uere relinquerunt. Illis nimirum qui cum sint quattuor non
tam quattuor euangelia quam unum quattuor librorum
uarietate pulcherrima consonum ediderunt. Ediderunt enim
sicut tradiderunt illis qui ab initio ipsi uiderunt et ministri fuerunt
sermonis. Qua sententia non soli lucas et marcus qui praesentem in
carne dominum non uiderant atque ideo quae scriberent audituri
debebant. Verum matheus quoque et iohannes apostoli suum
designant. Et ipsi enim in multis quae scriberent ab his qui infantiam
pueritiam genealogiam quoque uel scire et gestis interesse potue
runt audire opus habebant. Quod autem uisum et iam sibi scribe
re dicit. Non quasi ad se sibi uisum sed spiritu sancto instigante sibi quoque
uisum significat. Iuxta quod in [illegible] dicunt apostoli uisum est
enim spiritui sancto et nobis. Cu[illegible]rum gratia geritur.

R.F.

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

License: cc-by-nc-sa – [sine loco], codices restituti, Paris, BNF, Baluze 270, f. 124-131 + Paris, BNF, lat. 5288, f. 34-41, ParisBNFlat05288_092_f041v – Bede's commentary on Luke (https://fragmentarium.ms/view/page/F-s74n/437/6499)